Handschrift

Seite 140v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36453
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Nam qui uoluntate se a libidine tollit et ad castitatem
redit · hic a principio remeat ad salutem · Dicit ei mysdeo
rex · Quomodo separasti animas earum his uerbis et artibus
magicis a consortio coniugij · sic age consilio tuo et suasione
ut redeant et sint coniuges maritorum sicut ante fuerunt ·
Dicit ei apostolus · Erunt iussio regis · Dicit ei rex · In quo
erunt iussio mea · Apostolus respondit · Fabricam per uerbum dei
turrim excelsam · et dicas mihi ut ego illam fabricam de-
struam · Fodi tuum profundam et eduxi fontem de abysso ·
et dicis michi ut ego illum obruam · Ego in magis dicam
illis uerbum domini mei ihu xpi · Qui diligit patrem aut
matrem aut uxorem plusquam deum · deo non est dignus · Tu
enim rex temporalis es · et si uoluntas tua non fiet · tempo-
ralis primus · deus autem rex eternus est · et si uoluntas eius aut pre-
cepta contempta fuerit · eterna pena punit · Et quidem tu rex
postea quam occidis corpus · animam occidere non potes · Deus
autem uero rex potest et corpus et animam perdere in gehenam ·
Hic carisius dixit ad regem · Huic magum si tardius occide-
ris · nos ipsos in periculum mittit · Hic iratus rex iussit
lanceos ferreos igniri · et precepit ex eis tangi apostolum ut nu-
dis pedibus super stans per ipsum dolorem deficeret · Statimque
ita refrigerati sunt et extincti · tanquam si non fuisset ignis ·
Et ait ad illum apostolus · Hoc non propter me fecit dominus sed propter
te ut uelsit credas · Michi enim deus hanc potestatem dare pot-
ut sine aqua igne tuum non timeam · Dicit ei carisius ·
Iube eum in fornace ferream mitti · tunc uidebis si igne
non timet · Quem cum fieri iussisset rex ut terme ultra con-
suetudinem succenderetur · et ibidem mitteretur apostolus dei ·
altera die in columnis exinde educitur · Hic carisius
dixit regi · Fac illum sacrificare deo soli · et iam mittit
dei sui qui illum liberant a bestis que miserunt ei · Cum